



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

De Præceptis Decal.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

ris in die Iudicij. *Lege Bonac. disp. 4. q. 4. puncto 1.*

DE V. PRÆCEPTO Ecclesiæ.

Decimarum.

1 **C**irca vltimum præceptum soluendi decimas, nihil occurrit ad rem. Tenentur tantum Christi fideles soluere decimas, iuxta vsum Patriæ suæ, qui in diuersis diuersus est.

2. De Præceptis Ecclesiæ scripsere complures *Suarus, Fillius. & Alij multi* in materia de Sacramentis, & Præceptis Decalogi. *Azor tom 1. lib. 7. Tolet. lib. 6. Bonac tom 2. de præceptis Eccl. Et fusissimè Fagund. in opere de hac re.*

DE PRÆCEPTIS Decalogi.

1 **P**ræcepta Decalogi sunt decem notissima. 1. est de cultu veri Dei. 2. de non iurando falsum. 3. de festo-
rum

rum sanctificatione, & hæc pertinent ad Deum. 4. de honore in parentes. 5. de non occidendo. 6. de non fornicando. 7. de non furando. 8. de non ferendo falsum testimonium. 9. de non concupiscenda re aliena. 10. de non concupiscenda aliena muliere. Hæc præcepta, licet sint naturalia; fuerunt tamen à Deo specialiter data per Moysen suo populo, & sunt ab omnibus seruanda; & tenetur Christianus, illa aliquo modo scire.

DE PRIMO PRÆCEPTO Decalogi.

Colendi Deum.

HOc præcepto præcipitur cultus veri Dei, quo tenemur verum Deum venerari, & colere: iuxta regulas virtutis Religionis, quæ est prima post Theologales. Hoc autem maximè facimus assistendo Sacrificio Missæ, & offerendo cū Sacerdote: ut orādo, laudādo, petendo: & communiter in vsu Sacramentorū, & in adoratione Dei, quæ dicitur latria: quæ est actus voluntatis,
per